7

pias. diesque nostros in tua pace disponas.
atque ab eterna dampnatione nos eripi. et
in electorum tuorum iubeas grege nume
rari. Per christum dominum nostrum. Quam
oblationem tu deus in omnibus quesumus
Benedictam. Asscriptam. Ratam.
Rationabilem. acceptabilemque facere dig
neris. ut nobis. Corpus et Sanguis fi
at dilectissimi filii tui domini dei nostri
iesu christi. Qui pridie quam pateretur.
Accepit panem in sanctas ac uenerabi
les manus suas. eleuatis oculis in celum
ad te deum patrem suum omnipotentem
tibi gratias agens. Benedixit. fregit.
dedit discipulis suis dicens. Accipite
et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim
corpus meum. Simili modo postea
quam cenatum est. Accipiens et hunc
preclarum calicem. in sanctas ac uenera
biles manus suas. item tibi gratias agens.
benedixit deditque discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo
omnes. Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti
mysterium fidei. qui pro uobis et pro multis effundetur in remissionem
peccatorum.

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 4234, 00000018 – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-krsf/148/2474)